

Sal tartari medium quoddam inter minerale & vegetabile, ob id facile amborum naturam amplectitur) & sic pergit &c. Hæc de differentia alcalium fixorum indigitasse sufficiunt.



*Nunc de Alcali Animalium
volatili.*

C A P V T X L

Quemadmodum alcalia fixa, acida omnia absorbent, & iuxta acidi naturam in salsum mutant, ut suprà ostendi; sic etiam alcalia volatilia omnium animalium, ex quorumcunque partibus elicita, etiam in salsum vertuntur, acidi proprietatem imitantia. Et quemadmodum vrina continet alcali volatile, per fermentum α putredinis; sic a quid sit sudor, sanguis, cato, ossa, & fermentum paulò post carnes omnium animalium diverso fermento, quodlibet iuxta

virtutem loco innatam. Et sicut de alcalibus fixis , differentiam intrinsecam cum Mercurio sublimato soluto , & in sale tartari singularem prærogatiuam ; sic & in his volatilibus suam rem publicam in progressu ostendam.

Omnium quidem animalium alcali, vrinæ, sanguinis, sudoris (etiam calculorum omnium animalium) serpentum , ranarum &c. simile quiddam est. Mercurium ex supradictâ solutione præcipitant coloris candidi , ita ut nullam differentiam hac mechanicâ cernere licuerit ; adeoque hoc alcali non est saporis salsi , vt Reformator solâ opinione docet : salsa enim , vt demonstravi , Mercurium ex dictâ solutione non præcipitant ; recipit autem formam iuxta acidi proprietatem , vt clarius in progressu patet.

*Alcalia
omnium a-
nimantium
sunt simi-
lia , & va-
cua corpo-
ra.*

*Occulta
qualitas est
fermentum
loci , de quo
postea.*

Hanc mumialem vel specificam differentiam (quam occultam vocant) notarunt veteres : ob-

seruarunt, inquam, quod alcali volatile combibit tantum de sale cireniaco, quantum pro sui constantia & saturitate sufficeret, pro sale armoniaco artificali; adeo ut alcali vrinæ, cum acidâ parte salis dicti, tam striè sese inuicem sunt amplexa, ut per se diuortium non patiuntur: sal enim vrinæ, cum in ignis tortura fugam tentat, rapit secum acidam partem, quam sorpsit, & simul sublimantur in sal armoniacum artificiale.

Quod verò sal commune, vel nostrum, vel armoniacum Veterum habeat acidam partem, extra ignem communicabilem, id probatur hac mechanicâ.

In sal nimirum resolutum stil-
la liquorem tartari, & in pau-
cis momentis videbis terream
partem separari, & alcali tar-
tari acidum amplecti, de quo
clarius posteà. Sic citra distil-
lationis artem, Veteres viperi-
num alcali, sali armoniaco na-
turali associare tentarunt.

Sal armo-
niacum ar-
tificiale.

Sal com-
mune acido-
salsus.

64 Ottonis Tachenij

Veteres itaque postquam oc-
cultam alcalium (ex animali-
bus) volatilium differentiam, &
salis communis & cireniaci aci-
ditatem ex Hippocrate a sub fa-
cilitatum nomine animaduer-
runt, cæperunt strutificare vipe-
ras , cum sale armoniaco vel
cireniaco naturali, vt ait Plinius
suprà citato loco; sicut viderunt
de vrina & sale, eo fine vt vipe-
rarum alcali combiberet tantum
de acido sale , quantum suffice-
ret, ne sponte in fūgam abiret.
Hanc compositionem tunc non
sine leui coniecturâ vocarunt sal
Theriacale , eò quod didicerant
viperarum carnem , multa ve-
nena superare (imo ingenioso
viperino decocto , non semel
Gallicain luem in deliculis ex-
tinxi) ac consequenter , ratione
mumialis fermenti, eandem fa-
cilitatem alcali viperinum con-
tinere debere, signum est.

Hæc Veterum contemplatio ,
non tam *infantilis & absurdæ*
fol. 481. videtur , vt Reformator b in

a Lib. n. de
disca.

Hippocrates Chymicus. 65

textu scribillat, is ipse sanè absurdior multò, quod auorum memorandas excogitationes non intellexit. Quod verò illis injicit non habuisse purificandi artem, verum quidem est, sed propterea non sunt calumniandi, neque honor illis detrahendus, multò minus cachinno exponendi, sic enim iubet Doctor meus: post multa sacula fortasse deridebitur & Reformator, quod tam absurda suo tempore scripsiterit; nunquam enim deerit occasio, post mille millia annorum, noua & meliora inueniendi & addiscendi, eò quod rerum natura a ^{a Seneca lib.} sacra sua, non simul tradat: illius ^{7. quast. na-} arcana non promiscuè, nec omni- ^{tural. cap.} 31.
bus patent reducta, & in interiore sacrario clausa: ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, accipiet. Audi & Hippocratem meum multò mode-
stius de hac re loquentem b. ^{b Lib. 1. ad} Immerito ullus ipsorum repre- ^{dicata.}
hendatur, inquit, propterea quod inuenire non poterat; imò lau-

66 *Ottonis Tacheny*
dandi potius omnes, quod inue-
stigare conati sunt.

His intellectis, videamus nunc
qualem prærogatiuam & præ-
cellentiam habeat sal viperinum
Reformatoris præ Veterum in-
uentis; quod illi præparare ten-
tarunt facili operatione: hic
magno sumptu, operoso labore,
pomposo, & solenni ostentatione
ac triumpho.

Distillatum viperinum alcali
(sub titulo a proprio) ex re-
torta, combibit spiritum salis
communis acidum, quem ostendit
citra distillationis artem, cum
addito alcali, separabilem esse: ex
illâ copulâ, acidi nimicum salis &
alcali viperini, fit sal commune.

b Sal vipe-
rinum Re-
formatoris
est sal com-
mune.
b Istud sal commune, cum igne
arenæ si presseris, eleuatur in sal
armoniacum artificiale, omnes
eius proprietates habens, quod
probatur hac mechanicâ.

Commisce puluerem salis tar-
tari, id est, alcali tartari fixum
cum æquali parte salis viperini
Reformatoris, hanc mixturam

a Pharm.
fol. 486.

distilla per retortam in arena pos-
sitam, & videbis statim alcali
ex viperis per collum ascendere,
eo quod fixum alcali tartari, ap-
prehendit salēm acidū; tunc
alcali viperinū acidū sōcium
lubens derelinquit, dum cogitur
à calore in fugam abire. Fac idem
cum salē armoniaco vulgari, &
differentiam nullam deprehen-
des: adeoque quod Veteres cum
salis corpore, Reformator cum
salis spiritu, maiori cum labore
& sumptu perficit: & si Vete-
rum sal viperinū erat inau-
tile, ut ait Reformator, sic &
suum eandem habebit proprieta-
tem. Cum vero istud alcali, ex
salē armoniaco vulgari, cum salē
tartari sit pulsum, tunc habebis
spiritum vrinæ vel alcali vrinæ
purum & siccum, quem Refor-
mator ineptissime spiritum salis
armoniaci salsum vocat: sicut &
eadem stupiditate illud acetum,
quod ex farina cum salē armo-
niaco commixtā ex retorta di-
stillat, spiritum salis armoniaci

Alcali vī-
perinū
purum.

Alcali vī-
ne purum.

68 Ottonis Tachenij

appendix
ad animad-
vers. fol.

73 & 74.

acidum appellat &, additque hanc sesquipedalem crassitatem; hi ambo spiritus, ex sale armoniaco, acidus & salsus (& ambo ne guttam quidem de sale armoniaco continent) ex uno subiecto licet producti; sibi inuicem tamen contrarij sunt, ac simul iuncti se mutuo destruunt: propterea phar-macopai, salsa & acida distingue-re sciunt. Sed Reformator eos admodum rusticè de saporibus informat, imò docere alios præsumit quod ipse met ignorat: inter infinita alia mihi testis est aqua ad Auditum Mindereri,

Aqua ad
auditum
Mindereri.

Hæc enim aqua pro fundamento habet vrinam & acetum, hanc mixtionem non solùm reprobat Reformator, quatenus credit sine ulteriore inquisitione, falsum & acidum inter se planè destrui: ignorans quòd destructio vnius, sit generatio alterius; sic opiniones suas, vt simia catulos suos amplectitur: sed insuper conuitijs, opprobrijs & calumnijs aspergit virum optimum!

qui experientiam candide & sine
fuso , publico bono communi-
cauit. His licet omnibus cogni-
tis , Reformator more suo in
Appendice a sic scribillat : præter
plurima absurdia , video acetum
& urinam affundi , quæ inuicem
planè contraria sunt : nam urina
animalis distillata præbet spiri-
tum salinum acrem , acetosorum
spirituum omnium destructorem .

Hæc ille .

Hactenus autem demonstravi
ego , vrinæ sal volatile nullo mo-
do esse salsum , sed alcalizatum ,
& ob id acido mistum , sit ex his
duobus sapor salsus : ex commi-
stione igitur alcali volatilis vrinæ ,
& aceti distillati , quæ ambo nun-
quam concrescunt , sit distillabilis ,
salsus & penetrantissimus liquor ;
& dubito utrum in natura sit
aliquid subtilius (à simplici com-
missione) in antiqua oppila-
tione : ea de causa Mindererus
ingeniosissimus , rectè & since-
ro iudicio , hunc in obauditione
& auditus difficultate , lau-

a Ad ani-
madu. fol.
336.

70 Ottonis Tachenij

Sine lesionē
& dolore, corneam tunicam peruadit,
& maculas aibas in pupilla à variolis ibidem relitas dissoluit.

Inscius qua non capit, carpit.

a Præcep-
tionum lib.

dat & proponit, eò quod sal-sus sit sudor, ut probabitur, & propter symbolum, hæc distillata aqua falsa & volatilis, membranā tympani peruadit, imò lubenter admittitur. Dixi salfum esse hunc spiritum, probaturque experi-entiâ: Mercurium enim ex sæpiùs nominatâ solutione non præci-pitat, sicut & reliqua salsa, quæ iuxta Galeni sententiam inci-dunt, attenuant, discutiunt ex-crementa, siccant, virtutem colligunt & roborant, & id in rudi salis mole, quid ni spiritus hic subtilissimus falso? Iudicent nunc periti, numnè indignè per-stringatur hæc ab impostoribus Mindererus ille doctissimus? Re-formator Hippocratem male in-tellexit, vbi Medicum, inquit, a ratione utentem, alterum nun-quam inuidiosè calumniaturum; sic enim animi impotentia proder.

Videamus nunc sal tartari, quod acidum combibendo, ab alcali viperino separauerat, & in retorta remansit, illud vocant.

(sed indignè) caput mortuum, præsertim illud à sale armonia-
co vulgari; è quo spiritus vrinæ
prolectus est: istud caput mor-
tuum, ex acido & alcali est com-
positum, & erit sine dubio sal-
si saporis, sicut sal viperinum
Reformatoris, ut & sal armonia-
cum vulgare, sicut sæpius di-
ctum & ostensum fuit; repeto
hîc aliud mechanicum pro con-
firmatione.

Dissolue dictum caput mor-
tuum in aqua, fac ut fæces fun-
dum petant, clarum liquorem
leni calore coagula ad siccita-
tem, & cum bolo in quadrupla
proportione commisce in subti-
lissimum puluerem, hunc ex re-
torta vitrea luto obdutâ, nudo
igne vrge in magnum vas reci-
recipiens; tunc acidum salis quod
corpus in alcali tartari reperie-
bat, à potenti calore fugere co-
gitur; in magna autem ignis
procella solus fugere nequit; eo
quod ab alcali fixo absorptus:
rapit secum sal tartari fixum, ita

ut ex acido & alcali mixtis, & violento igne pressis eliciatur spiritus semi-acido-salsus; qui ut est ex diuersa mixtione generatio artificialis, Mercurium ex supra dictâ solutione non præcipitat; medicinis tamen, per se, ut & mineralia quædam destruenda non invtilis: peractâ autem vnicâ operatione, pars tartari in aquæ elementum redit, & salis armoniaci aciditas ex altera tartari parte, sibi nouum corpus reinduit, qui rursus sublimatur & separatur.

*Spiritus
salis armo-
niaci reaf-
sumic cor-
pus in tar-
taro,*

Quærit curiosulus quare hoc loco elicitur spiritus ex tartari fixo alcali & volatili acido, & supra ex silicum alcali, & spiritu salis acido non succedere? cui respondeo, quod salis tartari acrimonia in non admodum vehementi igne, planè in nihilum abit, ut alibi ostendi, hac de causa cum socio facile in spiritum eleuatur: sed silicum alcali est fixius, quod priusquam fugit, potiusque cum adiuncto in vitrum vertitur.

Alcale